

ve diligit? Detrahitur pellicis non solum indicat amorem, sed etiam summum. Qui vulneratur, amorem dicit. Qui totus vulneratur, totum amorem ostendit: & Bartholomaeus ut summum vulneribus demonstrat amorem; totius corporis lubens deponit vestem.

Nec quicquam nisi vulnus erat: cruor undique manat.

Ovid. Deicilique patent nervi, trepidaque sine ulla.

Pelle micant vena. Saliencia viscera posses Et pellucentes numerare in peccore fibras. Aptius quam Marxis, dicam pro Apostoli pelle. Quae non cogitat amor? Vel in deformitate rutilat decor.

Ioann. h. a. 12. Amor nudus trahit vel in gratia.

11 Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Dixit Iudaeis Servator per illos crucifigendus. Unde igitur huiusmodi phyltrum ligno crucis inhaerit, ut mundus totus post illum abiret? An quia ascendit nudus, quasi prae vehementia amoris, inutilis vestis? Trahit fortius vel ingratorum peccus amor nudus. Alia latent. Causam exprimit Isaias: A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Quare Iudaeorum laxitiam omnia eius numerata sunt ossa, detracta pelle hostia, ut describitur cap. 1. Leviticus. Ampliorem nemo deprompsit amorem; & prae magnitudine expulsi a corpore pellem. Offendebatur a Iudaeis, quorum opprobria vel in tormentis, singularibus rependit beneficijs; igitur etiam vulnerantes amabat, ac vulneribus inflicto alliciebat: unde a toto corpore detracta proposita pellis, ut undique viderent manantes fontes pietatis.

Leviticus 6. Pel in maiori invidia Christi exultabat gratia.

12 Denique. Vulneribus profudit de corpore sanguinem, sed non totum: & detracta cruciatibus pelle, ad se in cruce traxit mundum; quoniam peccatorum omnium conciliabat conversionem, profundero pro illis totum de corpore sanguinem. Particeps gloriae, effectus sanguinis Christi, martyrque Bartholomaei. Innumerales homines ad se traxit: inquit Abdias Babylonicus in eius Vita. Non novum. Sanguinis emissio est infidelium conversio. Multo sanguine crescit seges: & ab Apostolo detrahitur cutis; ut notetur fructus praedicationis; necessaria igitur erat conversio innumerabilium gentium; dum detracta pelle, nec sanguinis gutta fuit in folliculis venarum.

Ut homines converterent, totum sanguinem effudit.

13 Per pellem etiam signatur mortalitas: in huiusmodi igitur cognitionem Adamum & Evam induit Dominus tunicas pelliceas. Unde ergo gloria Apostoli mo-

Abd. B. B. yl.

Sanguinis Bartholomaei emissio fuit infidelium conversio

Genef. 3. 10.

stri, si mors signatur in pelle? Quia non induit, sed exiit: & sicut illi de immortalitate, vel induci lapsi in mortem; Bartholomaeus pelle exuta nactus immortalitatem. Illi de gloria in poena: hic autem de poena in gloriam. Illi de paradiso delictuarum in miserabile saeculum; hic vero de valle laohrymarum in paradysum.

14 Victima quae offerebatur in holocaustum, iure nequibat habere corium. Quare dicitur filijs Aaron: Si holocaustum fuerit oblatio, detracta pelle hostia, artus in frustra concident. Nonne ignis devorabit etiam pelliculam, ut totum cedat in Domini gloriam, & purget ignis, sicut factum in Hercule, quod mortale? Succinuit Naso lib. 9. Metam. Fab. 4.

Interea quodcumque fuit popalabile, flamma Mulciber abstulerat: nec cognoscenda remansit

Herculis effigies, nec quicquam ab imagine ductum

Matris habet, tantumque Iovis vestigia servat.

Utque novas serpens, posita cum pelle senecta Luxuriare solet.

Haud alio intuitu victimae detrahitur pellicis: etenim si per pellem omnis notatur mortalitatis; ubi victima homo pro Deo moritur, quicquid mortale detrahitur: Non tam pro victima irrationali designata lex, quam pro homine dum Domini victima martyrio fit: martyrio consumitur vita, sicut igne altaris hostia: & ab hac detrahitur pellicis, quae signum mortis; quoniam vita tradita propter Domini fidem & cultus, nequaquam perit, sed mutatur in melius. Pellicis induta portendit mortem, exuta immortalitatem. Videtur oculis insipientium mori, & tunc incipit feliciter vivere a liquidum cum per mortem detrahitur mortalitas, & obtineatur paradisi felicitas; projicitur victimae pellicis, ut appareat immortalis.

15 Modò intelligetur, cur Iobus dum loquitur de corporis gloria, dicit amicis: Rursus circumdabor pelle mea. Si pellicis indicat mortem, gloria num nanciscetur mortalitatem, vel immortalitatem? Hanc absidit: quare igitur indui sperat ipsamet pelle, mortalitatis indice? Ut claret gloria, quia illustranda rationalis victima. Si alia pellicis, gloria haud esset singularis. Illustrare conatur Dominus victimam, quae pro fide cecidit ante aram. Fulget amplius gloriae speciositas, ubi viguit defectibilis atque indeclinabilis mortalitas: optatque Iobus in gloriam non aliam, sed

Dum illi exiit, immortaliatatem induit.

Lev. 1. 3. 6.

Ovid.

Ubi bono pro Deo moritur, quicquid mortale detrahitur.

Iob 19. 26.

Immortalitas plurimae in ipsa morte

ipsam pellem; ut immortalitas plus luceat per ipsam mortem. Pellem pro pelle dabit homo. Aliter Deus, Ipsam pellem concedet, dum in gloriam animae corpus assumperit; ut floreat magis aeternitas, ubi cadente carne, visa mortalitas. Ipsa pelle, ut ibi fit amplior gloria, unde corporis faucio crudelior poena.

Cap. 2. 4. Et ex ipsa.

Unde corporis poena, maior gloria.

Lucan.

Cur diuor istas letabaris, quia istis mortis?

Sueton.

Lucan.

Quo mors diuor gloria maior.

Liban.

Virtus cognoscitur fortissimum, ex scissuris pellicum.

nulli gloria maior, dum in unico vulnere, pelle detracta, vulnerum omnium videtur splendor. Melius canam, quam Lucanus ubi supr. lib. 2. v. 177.

Laceros artus, aquataque vulnera membris Vidimus, & toto quomodo in corpore casto Nil anime letale datum.

Gloria Bartholomaei unde magne

Lucan.

DIDASCALIA VIII.

Martyres vestiuntur pretiosa purpura & vera.

1 A Struit Hieronymus Epist. 70. Patet veritas, ut fulgeat novarum purpurarum claritas. A mari Tyrio nato Domino N. Iesu-Christo, aufugisse purpuram illam pretiosam, tor saeculis & merito decantatam, asserit Christianus Adrichomius Theat. Terre Sanct. in Afer. Nascetur caput Martyrum, in quibus semper gloriosum: & omnino oculos hominum fugit; ne purpura iuxta purpuram palleceret, & quae utpote pretiosa spectatio fulserat attentionis, abijceretur ut vills. Adaugium olim erat: Purpura iuxta purpuram, ut videri licet apud Erafm. in Chilia. 2. Centur. 1. n. 74. Nopiscum in Aurelian. Saavedr. in Idea Princip. Symbol. 16. ac Solorzan. Emblem. 34. nam. 22. Ut ergo constet, quenam pretiosior & lucidior ob sanguinis gloriam, apponamus igitur purpuram iuxta purpuram.

2 Purpuras describit Paulus dicens: Alij ludibria & verbera experti, in super & vincula & carceres: lapidati sunt, scissi sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt, egentes, angustiati, afflicti, qui-bus dignus non erat mundus. Perpendamus singula, ut rutilent pretiosiora. De Purpura refert Ravilius Textor in Officin. lib. 7. cap. 41. Eius cruori maxima dignatio, praecipue si lapidis ichu cadatur: Prima purpura fuit Stephanus, inter Martyres primus: igitur ut ampliorem haberet nitorem & gloriam, inter lapides purpuream efflavit animam.

3 Byssus & purpura indumentum eius. Singularis ornatus, ubi videtur, sicut Sponsus candidus & rubicundus. Unde ergo? Dum purpura nato Domino a mari fugie, nobilior apparuit. Pretium quod a sanguine purpurae, futurum erat ab hominis sanguine: & ut Christus vestibus speciosè fulgeret, Stephanus sanguinem de venis

Hierona

Adria chon. Nato Deo mino stetit pura a mari Tyrio.

Erafm.

Hebra 11. a. n. 16. Stephanus quatuor purpura primus

Ravil. Purpura si lapide egiditur.

Prov 31. 22. Christum apparuit candidus a Virgine, rubicundus Stephanus sanguine

Hhhh smi

temit: igitur si purpura & byssus indumentum eius, dum vidit mundus; speciosus utique forma prae filiis hominum, carnis assumptae candore, & Protomartyris pretiosissimo sanguine. Candorem à Virgine traxit, quo nullus maior. Purpuram candori respondere congruit, ut vestis esset lucidior: & sanguis exhibetur Stephani, ut procederet infans summo decore: quandoquidem purpura maximi habetur, si ictu lapidis cadatur.

Agoniste induetur veste alba & purpurea

4 Inter agonistas olim usitatum indui tunicâ albâ, & superindui purpureâ. In arenam descendit Christus, ut debellaret aërias potestates: & ut indicaret gressu primo victoriam; à Virgine candorem, à Stephano sumptum purpuram. Nihil abriteris ingenium amoris Christi in electione purpurei indumenti. Lacedaemones & Hispani ut refert Ravif. ubi supr. cap. 48. utebantur in bello veste coccinea, ne inimici viderent inflicta vulnera. Christus autem, ne amici viderent sanguinem fluentem à venis, extractum per vulnera ab inimicis: igitur ars est amoris vel signa delere offensâ, vel saltem ab oculis insipientibus abscondere; & dum sanguine pro amicis exprimit fidem, colore purpuræ tegere demonstrationem. Hinc iniuriam factam ei arbitror, ubi ab Herode indutus est albâ veste. *Illustit indutum veste albâ & remisit ad Pilatum.* Iam plenus erat vulneribus, manabat sanguis, qui magis palam candore vestis: & huiusmodi indumentum, Christi amoris fuit ludibrium; quippequàm illa pati, amoris est gloria, sed non ostentare vulnera: pati pro cunctis graviora tormenta vel in cruce, toto effuso à venis sanguine; verum sine passionis ostentatione. Ergo nostro proposito.

Ar. est amoris abscondere ve signis vulneris.

Luc. 21. 11. Eius gloria, pati, sed non ostendere vulnera.

Illustrior martyrij palma est virginitatis nota.

Genes. 28. 20.

— *Niveos infecit purpura cultus Per liquidas succensa genas, castique pudoris Illuxere faces. Non sic decus ardes eburnum Lydia Sydonio quod femina tinxerit ostro.* Canimus ex Claudian. de Rapt. Proserp. lib. 1. v. 275.

6 *Purpura florem* (ait Plinius lib. 9. cap. 36.) *illum virginitatis expetitum vestibus in medijs habent faucibus.* Ecce qui iuxta Paulum, in occasione gladii mortui sunt. Florem & purpuram notat, gloriamque virginum his Ecclesia designat: eundem summa, quod fidei existant purpurâ testes, cum flore virginitatis. Vestis illarum ex byllo & purpura conficienda, gloriam ministrante tyrannide. Videtur carnifici deformare vivam statnam pulcherrimam, & tunc laborat in pretiosam formam: etenim dum tandit ictibus, ornat iugulatum splendoribus; quoniam purpuræ florent habent in faucibus.

Claud.

Plin. Purpura flore sanguinis habent in faucibus.

Sanguine Virgines fidei sunt testes, ubi tollit, ubi doris.

Cant. 1. 12.

Glof.

Dum martyrii amputantur fauces, rutilant flores.

Coronatur, dum percutitur.

Cant. 6. 10.

Interlicia

5 *Byssus & purpura indumentum eius*: idest, pretiosior cultus. Cur igitur si vestis intenditur pretiosior, ex byllo & purpurâ concinnatur decor? Per byssum indicatur candor virginitatis, per purpuram verò sanguis passionis: & ex purpura & byllo conficitur vestis gloriæ, pro commendatione singularis constantis; etenim nulla maior, nec splendidior, quam videre vel in puellis, vitâ testificantibus fidem, per effusum sanguinem virginitatis illustrari decorem, patet martyrij palmâ cum virginitatis nota. *Vestimentum ad induendum*, erat desiderium Iacob. In Martyribus altius desiderium est. Homines vestiuntur in corporis auctoritatem: martyres verò nudantur in splendorem; siquidem vestis speciosa byssus & purpura: byssus à candore illibati pudoris, purpura à venis. Hic habitus illustris,

7 *Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit.* Tempus putationis in tempore florum, est perdere fructum: quare igitur securis ponitur ad radicem, si in fructus opimos florum ostentant decorem? *Martyres designantur*: infit Glossa. Patiuntur falcem, ubi amplior fulminant pulchritudinem. Abstrusior sensus sententiæ huiusmodi expositione. Martyres sanguinem effundunt corporis, flores nitent splendore venustatis: quoniam ergo analogia inter amputationem florum, & sanguinem Martyrum? Insignis utique. Martyres purpuræ sunt, quorum in faucibus residet sanguinis flos, color cuius necessarius, ut habitus sit gloriosus: & dum apparent flores, opportunum vocatur tempus securis; quippe flos purpuræ residens in cervice, rutilat amplius in faucium amputatione.

8 *Contractus effectus videtur, dum à tyranno Martyr iugulatur.* Tempus igitur designatur vulnere, & tempus adstringitur ovationi: siquidem dum præbet securi iugulum, decorat proprio sanguine indumentum; ut in triumpho fulgida veste fruatur, dum flos purpuræ vernans è collo percusso egreditur. Flores ostendit Sponsa & malâ punica. *Si florisset vinea & germinalissent mala punica.* Ad quid huiusmodi nexus: *Si possint inveniri, qui desiderarent proprio cruore perfundi*: subdit Interl. Sanguis Martyrum confertur coloris malorum puniceorum, & iurè; etenim ex se habent rubrum colorem, quo florent. Sit, verum quid sanguis Martyrum cum splendore floris & malis punicis? Malum punicum

trium-

Et lucide triumphant pro priis eruo.

Marc. 6. 26. Purpurat capere vias oportet in pretium. Plin. Pier.

Baptista inf. vii. Purpura.

Dum ritar coronatur.

Purpura ut gaude deant pretio, interitur gano illi.

Plin.

Tibull.

Qua purpura Didaba.

Ioann. 89. 34.

triumphi indicat lauream, habens coronam: unitorque medianter, dum sanguis perfunditur Martyris, mali granati corona & speciositas floris; quoniam tunc sanguine Martyr Christi corona redimitur, dum flos purpuræ è medio faucium egreditur.

9 *Baptista fuit lenocinium Herodiadis odium.* *Volo* (eius dixit filia Regi truci) *ut protinus des mihi caput Ioannis Baptista.* *Protinus*: Velox est femina ira, verum Baptista eius ingenio construebatur gloria. *17. Quas purpurat capere contendunt, quia cum vita succum evomunt.* Cui maior vis tantò quanto recentior: ait Plin. ubi sup. cap. 36. & 38. & Pier. lib. 28. *Herog. cap. 1. Subitarius ille sanguis ad tintinum optimus eminat, quod si isti suffullerit, sanguis in uniuersum corpus effusus evanescit.* Hæc conditio purpuræ. Baptista Herodias blanditur, dum per illam decollatur: igitur ubi protinus petitur, magis gloriæ iugulandi consulitur: si purpura moritur sine iteratione vulneris, haud exhalabit sanguis. *Caput Ioannes Baptista.* Non trucidatur, non membratim conciditur. Erat purpura pretiosa. Florem habebat in faucibus, qui quidem extrahendus colli vulneribus: & nequaquam concidi, sed iugulari iuberetur; ut pretium sanguinis in purpura cognoscat: etenim tunc magis rutilat splendoris gloria, si unico ictu admittit vita *Caput Ioannis Baptista.* Si proprio cruore tanquam ex flore purpuræ germinat malum punicum, coronâ decorum, gula Martyrum, profuit odium Herodiadis splendori Praecursoris: igitur dum peream ab illo caput tollitur moritur, sed coronatur.

10 *Vivas purpuras qui student tincturæ intendunt capere, & unico vulnere mori.* Pretiosior purpura caput Martyrum, illis reliquos exemplum: siquidem plurimis vulneribus magis splenduit, & etiam post mortem sanguinem habuit. Pretio & nitore communis purpuræ additur præ nitore maius pretium. *Diphaba purpura tunc dicebatur* (inquit Plinius cap. 39.) *qua vix tintinâ veluti magnifico impendio.* Plaudunt Poëta. Unde Tibullus lib. 4. Eleg. 2. canit: *Sola puellarum digna est, cui mollis cari. Vellere de succis his madefactâ Tyros.* Bis purpura Christus tingitur, & dum moritur, & ubi ipse mortem vulneratur. Ubi iam nemò, iterum ipse: igitur ut tintinâ purpuræ esset pretiosa, iteravit post mortem quod vitâ fecerat. Mortuum in cruce viderunt, & *unus militum lanceâ latus eius aperuit.* Quare meditantur & exequitur flos, si videt mortuum? Ut purpuræ flos coruscet, vivam capere & exurgere oportet. Sanè, sed purpura

11 *Hæc est purpura regis; non communis: at cur Regis? Ferro circuncisa lachrymas purpurei coloris emittunt:* subdit Glossa. Sunt purpura insignes, quæ vocantur Pelagiæ, nutritæ in acerbo æquoris amaritudine. Vulgarium fuscus uno ictu extrahendus, ne evanescat præ dolore color. In Pelagijs, geminatis vulneribus, intensiore dolore, maior splendor: & fuscus purpuræ Regis dicitur effusus quasi lachrymæ: ut poenæ promant pretiositatem purpuræ: igitur si ex dolore color purpuræ vehementior, & dolorum vehementia denotat splendorem; nulla purpura illustrior, quam quæ guttatim.

12 *Præquam in arenam descenderet Alerter nollet, illo orante ad Patrem, factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. Sicut gutta: Sanè, & præstat amore. Totus sanguis effundendus in pretium hominum, & modus verè prælitatus purpuræ pretium: etenim sanguis non ita pretiosus, si tolleretur unus ictus. Sudor erit qui guttatim sit: ut purpuræ claret flos. *Toto corpore flevit*: ait Bernardus Serm. de Passion. Domin. Sudat: sed plorat: O ingrati homines! libitò amplectimini crimem, ubi offensus pro crimine plorat sanguinem? Pro vobis patitur: & ubi *Purpura Regis* ita videtur, iungi debet canalibus, idest, oculis; siquidem tunc erunt lachrymæ dignæ, si fuerint sanguinis. Florat, ut pretium efferat, & vos præstantia purpuræ alliciat: etenim ampliore habet sanguis purpuræ decorem, dum effunditur guttatim. Quò diuturnior dolor, eò maior purpuræ splendor. Pretium manat à dolore, dolor à tempore: & vulnera in oculis mutat, ut sanguis paulatim decidat.*

ra pretiosa, quæ bis tintinâ. Ex geminatione coloris pretium magnificum sanguinis: & postquam Christum miles cognovit mortuum, lancea latus eius aperuit; ut pretium cœlesti in purpura demonstraret. Ad fabricam igitur Tabernaculi, ut sit splendens ornatûs, adhibendus est Coccus. verum bis tintinâ. Magis floret purpura duplex. Erat in cruce cadaver, & insitit odium in purpuræ pretium. Patuit ad idem: equidem ne latus aperuit, continuò sanguis exivit.

13 *Sanguinem purpurarum Plinius, ut vidimus, vocat florem.* Fructus est, dum Martyres effundunt sanguinem. Hinc purpura iuxta purpuram videnda, ut diducitur pulchrior & pretiosior purpura. *Celleprimæ crescunt concha: rano magnitudinem impant.* Quid hoc? Ipse dicat: *Pro maiestate* Hhhh 2 puc.

Cur Christa sus purpura pro canthe pretiosâ.

Exod. 25. 4.

Cant. 7. 5. Gloss.

Ubi inter for dolor amplior purpura splendor.

Luc 22. 44. Modus effusionis sanguinis dat pretium purpure.

Cant. 7. 4. 5.

Passionē Christi non spondet sanguinis lachrymæ.

Lucan.

Purpura brevis ornata.

Plin.

In tenera
gata il-
lubrior
palma
martyrij.

Ubi sup
Summe
insigne
pulchritu-
dinis fru-
ctus &
flores.

Cant. 7.
a.

Maximè
in tenera
atatis.

Claud.

Pulcherr
vini fru-
ctus al-
tra tem-
poris.

Plin.
Rubra-
lia.

Non ob-
est ut
Martyres
coronen-
tur triu-
phis, flor
atatis.

Vincula
amoris
frangunt
vincula
temporis.
Plin.

pueritia est. Videtur in Virginibus Martyri-
bus, quantum distat sanguis conchyliorum a
sanguine Martyrum: igitur dum ætas tan-
tum uti purpura quibat demonstrare florem,
sanguine ostendit purpuræ singularis pul-
chritudinem. *Descendi in hortum* (dicebat
Sponsa Ecclesie) *ut inspicerem, si stornisset*
vinea & germinasset mala punica. Vidi-
mus num. 8. homines sanguine tamquam
purpuræ flore, ad instar malorum punico-
rum fieri; ceterum si mala punica fructus,
quorsum florum cogitatur ornatus? Ut con-
sister purpuræ præstantia, effusa purpurâ. Ma-
lum granatum designat Martyrem: & unâ
Ecclesie Sponsa demonstrat florem; quoniam
illi maior gloria, quod fructus præsent
summi decoris, in flore temporis extra limi-
na ætatis.

14 *Iam flores fructus parturiunt.*
Cum fructu evanescit flos. Flos & fructus
pro maiestate pueritiae est, in quibus gaudet
mater Ecclesie, cum videt ultra spem par-
turi: quandoquidem in horto voluptatis, ubi
vernant amenissimi flores, candidi virginitate,
& rubicundi passionis; singulari videtur, ves-
tem floridè temporis ornari & ante tempus
purpurâ sanguinis. Flos & fructus, ut rutile
palma martyrij pretiosa virginitate: ut candor
floreat, & flamma cedat, quæ quidem
serviat colore speciositati, ut rutile fucus
purpuræ.

— *Quamvis nimio fervens exuberet aestu,*
Scit nivibus fervare fidem pariterque sabillis
Durescit glacies, tanti secura vaporis,
Arcano defensa gelu, fumoque stæli,
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.
Cant. ubi sup. Claudianus v. 167.

15 Flos & fructus: igitur flore ætatis
vincula distumpunt temporis. Flos & fru-
ctus, ut fructus magis coruscet in floribus, &
anime pretiosis ornentur mollibus: liqui-
dem amplius miramur fructus constantiæ in
fuitili ætatis flore. *Sunt & purpurea lilia:* in-
quit Plinius lib. 21. cap. 5. Aliqua diximus
hic *Tautolog. 3. Didasc. 10. a num. 11.* In co-
lore purpuræ martyrij indicantur insignia: in
lilio & quia flos & quia flos pulchrior, fragi-
lis natura humana: & uniantur pro corona
Martyrum purpurati flores; quippe haud ob-
sunt ut coronentur triumphis, flores ætatis.
Candor diegitur in ornatu liliæ, quippe te-
neri anni semper ornantur ac cognoscuntur
candore: & in Martyribus commutatur col-
or, ut in flore ætatis rutile decet: igitur
haud impedit ut sanguine sint purpureæ,
quod conditione ætatis lilia sint alba. *Mini-
mi est pretium purpuræ in candida vena:* ait
Plin. in Martyribus plurimi, quoniam pur-

pora præcellit in candore: purpura est, &
quia purpura, rubra: poniturque lucidior in
candida vena; quippe, ut in Paulo & Catha-
rina visum, ingens portentum (ut constat
purpuræ splendor) quod albus appareat
crucor: ita ut quod sanguis purpura in venis,
lac miscet oculis. Hi sunt qui ludibria & ver-
bera sunt experti: insuper & vincula & car-
ceres, Carceres & vincula tolerant, sed mi-
nimè carceres & vincula temporis. Haud
mensurant temporis spatium, nisi per faci-
norum quasi primi mobilis, motum. Mun-
dus respicit infantes temporis flores; sed fal-
litur; igitur purpureos virtute constantiæ ven-
nerat cælum, ubi trucidant carnifices qua-
si liliam. Vident tyranni quasi potestatis
ignominiam, Martyrum maximè Virginiam
invidiam constantiam. Vel despectu de vi-
ctoria complacent sibi; & fremunt, quia vi-
cti à fragilitate. Arbitrantur amputate flo-
res: verum cum purpuræ sanguis fecunder
ramos (membra corporis) per atatem steri-
les; ostendunt fructus constantiæ pretiosita-
tem, ubi in alijs virtutem tempus signat uti
florem. *Lichares non persequuntur Marty-
res, sed coronant:* ait Bernardus Serm. de
Magdal. num. 2. tunc igitur speciosior for-
matur purpura, dum exhibentur maiora tor-
menta.

16 Queritur Plinius de inficitia artifi-
cum in conficienda purpura, & ut rubicun-
dior sit, etiam subterit huiusmodi docu-
menta, cap. 38. *Eximitur vena, quam dixi-
mus, cui alid saltem necessarium, macerari*
triduo iustum. Fervere in plumbo, ac modico
vapore torveri. Ita desumptis subinde
carribus, quas habisse venis necesse est, donec
spci satis fiat, uritur liquor. Ut pretiosior
sit purpura, hæc necesse est. Iurè aserit
Bernardus coronari à victoribus Martyres,
dum ditionibus iacent tormentis; etenim
magis illudrantur, dum acrius illos carnifices
persequuntur.

17 *Omnis enim igne salietur, & omnis*
victima sale salietur. dixit asclepius Telsus. Dif-
ficilis periodus. Ignis urit, non salit: quo pacto
victima salietur igne? Deinde. *Omnis vi-*
ctima sale salietur. Si salitur igne, ad quod
salietur sale? Sale salitur, non igne. Vel non
salit virtus ignis; vel necessarium, si salitur,
quod virtute fiat falsis. Sensem litteralem ex-
ponemus suo loco, modò iurè Dominus, *Tom. 5. Tautolog. 9.* Respondet Maldonatus
hic num. 49. *Alia solo sale, alia sale simul &*
igne saliri. Condiuntur enim victimæ ratio-
nales, tot modis quot crudelitas cogitavit
in tormentis. Sunt enim purpure per mor-
tem sacratæ Domino, ex quibus in Ecclie
siam

In aliqui
bus Mar-
tyribus
sanguis
lacteus.

Ostendit
tyranni
sanguinis
pretium,
dum ef-
fundunt.
Bernard

Plin.

Ar. labor
r. ad pur-
puram ex-
imiam.

Marci
9. 48.

Maldon

Quic-
quid in
tormenta
cogit-
tas, ni-
ditiæ
Marty-
rum ef-
format
purpuram

Ioann.
8. 28.

Christus
in cruce
apparuit
pretiosior
purpura.
Senec.

Quart

Pertulit
omnium
Martyrum
cruciam
na.

Senec

Purpura
que ful-
get eleva-
ta, magis
pretiosa.
Ioan. 3.
24.

Dum
Christus
crucifigi-
tur, exal-
tatur.

siam derivatur pulchritudo. Alias purpuras
salit sal, alias ignis, alias ignis simul & sal.
Uniuscuiusque martyris mors pretiosa: illa
etenim claret purpura, & croris rubentis
splendor; sed his tantum purpura non pre-
tiosior. Desit ne aliquid? Desit. Post saltem
adhibenda est maceratio, ferveri in plumbo,
torrei vapore modico, avelli carnes, quas
necesse hæcille venis, quo usque non tantum
caro cremetur, sed etiam liquor uratur. Mar-
tyr qui plus tormentorum sustinet, magis ful-
gebit: igitur quicquid in exterminium cogi-
tat ingeniosa crudelitas, nidiiores efformat
sanguine purpuras.

18 *Cum exaltaveritis filium homi-
nis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Ita lu-
dæos alloquitur Dominus persequentes, &
sanguinis inhiantes: At quid tunc in illo
cognoscet? E se purpuram præ cunctis Mar-
tyribus splendorem. *Purpura* (inquit Seneca
lib. 1. qq. natur. cap. 3.) *eodem conchylio*
non in unum modum exit. Intere est, quantum
*macerata sit, crassius medicamentum, an aqua-
tis traxerit, sepius morsa sit & excoctæ, an*
*semel tinctæ. Quis magis pæius, quam Chri-
stus? Luxta passionem exit pretiosa purpura,*
*& coloris rubescens præstantissima momen-
ta. Non in unum modum sanguis exit, nisi*
eodem modo crudelitas laboraverit. Futura
*erat purpura, tamquam de cælo missa cui-
us sanguis pretiosior, & color nobilior, quia*
plus cunctis maceranda in officina furoris
usque ad mortem crucis. Pretium à passione
est; & cum exaltaveritis filium hominis (di-
cit illis) tunc cognoscetis, quia ego sum: igitur
si purpura pretiosissima, quæ passa am-
plora cruciamina; & pertulit in cruce omnium
martyrum tormenta.

19 Aliam causam in spectationem
purpuræ tradit idem ibidem cap. 5. *Purpu-
ram Tyriam (inquit) quod melior, saturiorque*
est, eo oportet altius teneas, ut fulgorem suum
*ostendat, quia quem optimum habet, non quo-
modoque explicetur, ostendat.* Alia altius
posita evanescunt; purpuræ magis fulgent,
si attolluntur: siquidem elatæ in locum emi-
nentiorem, ostendunt sanguinis saturitatem.
Modò perpende verba Christi. *Exaltari*
oportet filium hominis. Ubi? In cruce stipite.
Hoc definitur exaltationis voce? Christus
crucem sustinuit in humilitatem, non verò
in exaltationem. Quo ergo ingenio quæ ma-
ior ignominia, ut summa plaudeatur gloria?
Si ibi vincitur, in quo triumphus? Si ibi ca-
daver iacebit, ubi thronus? Duplex est mo-
dus in triumpho, & tyrannus vincitur utro-
que modo. Paritur victoris resistentia. Obti-
netur etiam, dum virtus nequaquam cedit,

sed vita: & Christus passurus crucem, ipsam
mortem designat exaltationem; quippe quam
summa veritur triumphum in eo, quod morien-
do videatur tyranno cedere.

20 Suppetit ratio. Non stat victoria in
cessione vitalitatis, sed oppugnantis virtutis.
Vita succumbit, virtus in passione prævæta:
diciturque exaltatio virtutis, etiam dum vita
evanescit tormentis; quia vita non cedit ty-
ranno persequenti; sed uti fragilis morti.
Non hinc virtutis constantia; sed quia vir-
tus resistit, aufugit vita.

*Pretinius affrictus caluit cruce, atraque fo-
vit*
Vulnera, & in venas extremaque membra
Lucanæ
cucurrit.

Percusse gelido trepidant sub pectore fibra:
Et nova defæctis subrepens vita medullis,
Miscetur morti.

Uti cecinit aliò Lucanus lib. 6. v. 750. Est in
morte triumphus virtutis, nequaquam perfe-
ctoris: meritiode dicitur quod tormen-
tum extremum, summa exaltatio; dum videtur
in agone, tamquam spectaculo novo, ty-
rannum vincenem vinci, & Martyrem vi-
ctorem cedendo morti. Ni amittatur in hu-
iusmodi certamine vita, non obtinetur de
tyranno victoria: & quæ videtur in extre-
mam persequitur, est virtutis exaltatio; quoniam
nam nascitur triumphum, ubi mortales
interitum. Premere intendit tyrannos ateras,
& tunc construit cruciaminibus coronas: et-
enim cum ut moriantur tollantur in cruce,
ampliosem habent per mortem exaltationem.

Sic modò, quæ fuerat vita contenta manente,
Funeribus facta est nunc pretiosa suis.

21 Uterius. Purpura semper pre-
tiosa: & qui martyrio coronantur, ob san-
guinis pretiositatem, designantur uti purpu-
ra. Quando sanguis est in venis, haud exli-
matur purpuram sanguis: & dum Christus
uti purpura patitur mortem & crucem, non
tormentum dicit, sed purpuræ exaltationem;
quia nondum visa sanguinis pretiositas, sum-
ma, nisi ubi egrediebatur per vulnera facta.
Conbarum ad purpuras (subdit Plinius
cap. 36.) *eadem quidem est materia, sed distat*
temperamento. Temperantur cruciaminibus,
macerationibus, verberibus, carnis disrup-
tionibus, vulnere & morte: & Christus exal-
tari cupit in cruce; ut constet in eadem ma-
teria purpura temperamento carnificum ma-
teris pretiosa, quia præ cunctis purpuris, tor-
mentis elaborata.

22 Denique. Si purpura pretiosior in
cruce, oportet sanè exaltari. Purpura quod me-
lior, eo oportet altius teneas, ut effulgeret
pre.

Marty-
res triu-
phis morien-
tes.

Virtutis
Martyrum
exaltatio
in eo
quod tor-
mentis
cedat vi-
ta & non
constan-
tia.

Lucanæ

Morte
martyrum
est trium-
phus vir-
tutis, ne-
quaquam
persecuto-
ris.

Martia

Sanguis
pretiosus
non inope-
ni, sed
in ordine
ribus cor-
poris.

Unde is
peramen-
tum pur-
puræ.

Plin.

Christus
purpura
tormentis
elabo-
rata.

pretiositas: & oportet exaltari in stipite Dei
 alium; ut constet hominibus, quantum in eius
 sanguine pretium. *Oportet exaltari ut omnes
 in ipsum intusantur*: inquit Maldonatus hic
 num. 58. Quid videbunt? Corpus luridum,
 uandique faucium? Cadaver transfusum, vul-
 neribus plenum? Purpura in sublime posita
 mittit, ostenditque spectabilem fulgorem: &
 tolli in cruce, vocat Christus sanguinis sub-
 limitatem; quia tunc purpuræ cognoscitur
 pretium, ubi tollitur in altum. Exaltatione
 opus est, dum imminet dira mors. Exalta-
 tione: Utique. Non est mors: & crudelis: sed
 necessarius modus exaltationis, ut cuncti af-
 ficiant sanguinis pretiositatem, dum sicut
 purpura tunc ampliore mittit fulgorem.

23 Demum (protrahitur plus iusto Di-
 dascalia, ideo alibi cetera) de purpuris dicit
 Plinius cap. 36. *Aqua dulci necantur*: Haud
 aliter Martyres, tormentis victis, vel tentati
 illecebris. Aqua maris signat acerbiter tormen-
 torum: aqua dulcis molitium deliciarum: &
 qui ut purpuræ pretiosa, moriuntur in aqua
 dulci; quippe illis fortius iaculis mortis iac-
 culum quietis.

De Alexandro Magno fulmine Martis, qui
 colla subiugavit orbis audacia, virtute, gestis,
 postquam regna vel remota debellavit, mu-
 nitiones gentium obtinuit, extensionem regni
 peperit, pavor regum, & formido nationum,
 cum impossibilia tantum numeraret ut pro-
 posita, & cuncta comite nancisceretur fortu-
 na; narrat Scriptura exitum conaminis, quan-
 do unus Peleo iuveni haud sufficiebat cogni-
 tus orbis. Quam floride Seneca! *Inuentus est
 (ait Epist. 119.) qui concupisceret aliquid post
 omnia. Hæc ab illo facta sunt: ceterum post
 hæc desidit in lectum, & cognovit, quia mo-
 reteretur. Non mirum, quod Princeps penè
 mundi cognosceret: siquidem moriuntur co-
 gnitione qua vivunt, & plurimi vivunt sine
 mortis cogitatione. Cognovit, quia more-
 tur. Quia causalis est: unde cognovit interit-
 us causam, cum gloria tanta acquisita de-
 leat vel mortis memoriam: Usque ad finem
 terrarum pervenimus: dixit commilitonibus,
 ut refert Quint. Curtius in eius vita lib. 9.
 cap. 2. Iam non est opus, in quo exerceatur
 valida virtus. Haud occurrit certamen in or-
 be, dignum pectore. Omnia debellata sunt. Nil
 est ultra: & cognovit, quod deficeret vita,
 quia defecerunt certamina. Ignis est vita:*

evanescit in ventum, sine foco certamina:
 Ardor pectoris subripit ab elemento virtu-
 tem, & sequitur proprietatem: deficitque vitæ
 flamma, quoniam virtuti pectoris deficit
 sphaera. Miratur Pilatus non Christi mortem,
 sed velocitatem. *Mirabatur, si iam obisset.*
 Acceleravit cuncta crudelitas, verum Christus
 celeriter vicit cuncta. Nil vel in crudelitate
 indole tormenti plus. *Consummatum est: &
 deficit vita, quia defecerunt tormenta. Nu-
 trita erat vita in mari salso tribulationum: vi-
 vebar ignis combustibili cruciaminum: & fu-
 git vita, quia consummata sunt omnia.*

24 *Cognovit, quia moreteretur.* Non co-
 gnovit quod moreteretur, sed cur moreteretur.
 Non cognovit mortem truculentam, sed mor-
 tis causam. Quoniam ergo interitus Princi-
 pis? Tela quietis. Fecit in bello insignia, ita
 ut subigere mundum: & post hæc, qui nu-
 tritus in armis, qui quiescebat in scutis, *dece-
 dit in lectum.* Lectulus requie destinatur: &
 illico decidens cognovit quia moreteretur; igitur
 cum vita nutrieret certaminibus, vulneri-
 bus, diurno agone; mors presens erat in
 obrenta quiete. Ut eius foret vita, erat pu-
 gna necessaria. In certamine pugnavit, lecto
 quiescebat: & obviavit vitæ finis, quippe dul-
 cedo exulaverat laboris. Fortiores Martyres
 in agone quam Alexander, siquidem hic vicit
 orbem armis, illi membris. Alexander vulne-
 re, Martyres vulnerati. Plures à tyrannis (ne
 viderentur vinci ab inerbimus) alliciebantur
 collocati lectis mollibus, & subito efflabant
 animam. In requie: Utique, ut viverent que-
 rebant pugnam. Vivebant in tribulationum
 mari, & purpuræ pretiosa moriebantur aqua
 dulci. *Avida est periculi virtus* (prædicat Se-
 neca cap. 4. de Provid.) *& quod tendat, non
 quid passura sit cogitat, quoniam & quod
 passura est, gloria pars est. Marcet sine adver-
 sario* (inquit cap. 1.) *tunc apparet quantæ
 sit, quantum valeat, polleatque, cum quid pos-
 sit, patientia ostendit.* Nusquam clarius, quam
 in Martyribus, igitur ostendunt quid possunt,
 vel dum illos tyranni persequuntur, deficien-
 te vita, pugni dirempta. Iam purpura iuxta
 purpuram posita, ut constet ex pretio, dam-
 fit collatio. *Omniem vestem illuminat, in trium-
 pho* (subdit Plinius) *miscetur auro.* Servit
 iam purpura ferta.

Plena maris rubri spolijs colloque comisque
 Candida Sidonio perlucet pectora silo.

Marc.
 13. 44.
 Iohann.
 19. 30.
 Corinthus
 mortuus
 cum nit
 respicit
 vincen-
 dam.

Mors
 Martyris
 in telis
 quietis.

Qui vi-
 vis labo-
 re expi-
 rat quieti-
 diuicæ

Seneca
 Quid pos-
 sit vir-
 tus Mar-
 tyrum in
 cista, pos-
 tendant
 tormenta
 ta.

Lucana:

TAUTOLOGIA DUODECIMA.

TU NOSTI SERUITEM, QUA SERVI TIBI.

Genes. 30. v. 26.

EXPOSITIO LITTERÆ.

PRÆMIA audeat peti, & metetur, qui officia propalam dignato, estò ingra-
 tissimo exponit. Non precatur, exigit & astruam ratione, admissio in litem vel
 ingrato, iudice. Haud timet repulsum, qui non imprecatur gratiam. Sit ergo præmij iudex,
 qui debiti testis. Iacobus ergo reverfus in patriam iuxta Dei, qui præserpiterat, placitum;
 domus suæ providens, ne rediret vacuum, sicut Prodigus, ad genitorem, ac baculo tan-
 tum transiret denud Iordanem, quippequam per viginti annos Labano improbo labore ser-
 viera; ut operi condignam vel congruam nancisceretur mercedem, fecero dixit: *Tu nosti
 servitatem, qua servivi tibi.*

2 Huic Hebraismo affines sunt alij. Ezech. 29. 18. *Merces non est reddita ei* (Na-
 buchodonosor) *neque exercitui eius de Tyro, pro servitute, qua servivi mihi adversus
 eam.* 1. Reg. 17. 9. *Si ego prævalero, vos servi eritis, & servietis nobis.* Apocal. 22. 3. *Se-
 des Dei & Agni in illa erunt, & servi eius servient illi.* Etiam, quia ex materia servitu-
 tis oritur necessarius relatio dominij vel potestatis, dicitur Ios. 49. 7. *Hæc dicit Dominus,
 redemptor Israël ad servum Dominorum.* Ut ergo constet, quid hoc stylo designetur pro-
 priè, acceptiones servitutis extricandæ.

3 Servus propriè iure belli, licet iam ære coemptus, sit servus; qua causa dicitur
 servus emptus, & ex servatibus venient sub hasta, ut ait Alexand. ab Alex. lib. 3. *Dior.
 Genial.* cap. 20. *Origo vocabuli servorum in Latina lingua inde creditur ducta, quod hi
 qui iure belli possent occidi, à victoribus, cum servabantur, servi fiebant, à servando di-
 cti.* Hæc Augustinus lib. 19. *Civit. Dei* cap. 15. Donatus in *Adelph. Terent.* Act. 2. Scen. 1.
 v. 28. *Mancipia dicuntur quod manu capta sunt, servi qui servati sunt, quum eos occidit
 oportere iure belli.* Idem Iustinianus lib. 1. *Pandect.* qui mos iuxta Plinium lib. 7. cap.
 56. à Lacedæmonijs manavit. Alludit Virgilius lib. 10. *Æneid.* v. 525. ubi supplex Ma-
 gus Æneæ irator:

Te precor hanc animam servos natoque patrique.

Plautus etiam in *Captiv.* Act. 2. Scen. 2. v. 60.

Tam ego fui ante liber, quam gnatus tuus.

Tam mihi, quam illi libertatem hostilis eripuit manus.

Unde Servitus dicitur mors civilis. *Educam vos de sepulchris vestris.* Ezech. 37. 12. *De
 manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.* Osee 13. 14. Idem, de captivitate. Qua-
 re Ieremias pro filiis Israël ductis in Babylonem Thren. 3. 6. *In tenebris collocavit me,
 quasi mortuos sempiternos.* Servus apud Plautum ubi dudum Act. 3. Scen. 4. v. 88.

Me insaniam

Neque tenere, neque mihi esse morbum, nisi quod servio.

4 Alia olim fuit servitus publica, alia privata. Ideo idem ibid. v. 84. Act. 1. Scen. 2.

Privatam servitatem servit ille, an publicam?

Lipius *Electior.* lib. 1. cap. 22. *Romanis* (inquit) *mos fuit, sed & Græcis, ut ex gente ca-
 ptiva plerumque servos quosdam Respublica sibi schigeret, atque seponeret ad varios usus.*
 Non ex captivis, sed ex libertinis, iuxta Petr. Fabrum, *Semestrium* lib. 2. fiebat huiusmo-
 di secretio. *Servitus quædam publica, quædam privata.* Isti servi. Latè sumpto vocabulo,
 publici nominantur: qui licet servitute liberati, manique misti fuerint, ministerium ta-
 men publicum aut magistratibus, aut sacerdotibus exhibent, qui ex libertinorum corpore
 plerumque sumebantur. Patet in Gabaonitis Iosue 9. 27. *Decrevitque in illo die, eos esse*

Tautologia
 de Servitute

Servus un-
 de dicitur

Augustina
 Donat.

Virgil.

Plaut.

Servus
 mors civilis

Plaut.

Idem.
 Servitus pu-
 blica, & pri-
 vata.

Ex quibus
 publicat

15

Mald.

Dum in
 cruce cor-
 pus officia
 dit su-
 cium, ce-
 tiam pa-
 tuit pur-
 puræ pre-
 tium.

Plin.

Purpure
 aqua dul-
 ci necan-
 tur.

Prin-
 ceptus
 quod
 Prin-
 ceptus
 cognoscat
 posse ma-
 ri.

Senec.
 Mach
 6.

Q. Curt.

Martyris
 deficit vi-
 ta, quia
 deficiunt
 certamina
 wa.

